


Fœdera.



Hanc citharā à lembi quæ forna halientica fertur,
 Vendicat & propriam Musa latina sibi,
 Accipe Dux, placeat nostrū hoc tibi tēpore munus,
 Quo noua cum sociis fœdera inire paras.
 Difficile est, nisi docto homini, tot tendere chordas,
 Vnāq; si fuerit non bene tenta fides,
 Ruptæ (qd' facile est) perit omnis gratia conchæ,
 Illæq; præcellens cantus, ineptus erit.
 Sic Itali coëunt procures in fœdera, concors,
 Nil est quod timeas, si tibi constet amor.
 At si aliquis desciscat (uti plerunque uidemus)
 In nihilum illa omnis soluitur harmonia.